



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 1. Amantur à Deo, Christo Domino. Ex Veteri. Ex Novo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

TITULUS. III.

PARVULI.

§. I.

Amantur à Deo, Christo Domino.

Ex Veteri.

Quomodo ego dimittam vos, & parvulos vestros. &c. Ex. 10. 10. Viros sine parvulis vult migrare Pharao: quia horum innocentia viros faceret inexpugnabiles. Adeo grata Deo puerorum innocentia; ut ipse eorum custos sit. Pl. 114. 6. *custodiens parvulos Dominus.* Quam à continuis calibus illaesi! Alvarez in Gen. 33. Illustr. 14.

Offerat duos turtures. Levit. 5. 7. Turtnris pullos in sacrificium offerri jubet, dum dicit D. Iesus: *snite parvulos venire ad me.* Matth. 19. 14. S. Prosper de promiss. Dei parte 2. c. 5.

Adbuc reliquus est parvulus. 1. Reg. 16. 11. Quam diversa sunt judicia Dei, & hominum! Iſai enim Davidem ut juvenem, & minimum, ideoque oves pascentem, parvi aestimabat; nec dignum conspectu Samuelis; unde eum non adduxit: Deus autem eum omnibus fratribus praelulit, regemque creavit; cum esset viginti circiter annorum. Cornelius hic.

Afferre Domino Filij Dei, afferre filios arietum. Pl. 28. 1. Hoc est totum, quod expetit, quod requirit: ovium foetus, vide terreni pecoris germina, fratos per viam partus, femina effusa per campos, divino Patri, ut divina soboles offerat, admonetur. S. Chrysol. f. 10.

Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortissimam. Il. 60. 22. q. d. Fidelis, praesertim Praedicator, plurimos Fideles, sibi que similes, procreabit: uti S. Franciscus humilitate parvulus, & minimus, crevit in familiam numerosissimam. Cornelius Hierogl. in Il. hic. Pagninus vertit: *parva familia erit in mille.* Vatablus *parvulus sobolescit in mille.* q. d. surculus parvus Ecclesiae plurimos alios germinabit, & producet: sicut unum granum feminatum germinat, & producit multa. Id. hic.

Quia puer Israel, & dilexi eum. Osee 11. 1. Tò quia proprie, ut causale, accipi potest. q. d. quia Israel in Aegypto erat puer tenellus, sui impos, se regere impotens, neglectus ab omnibus, opis indigus; hac de causa eum dilexi, & enutrivit, quasi mater. Solum enim puerorum parvitas, imbecillitas, & pericula, matres allicere, ad eorum amorem, & curam. Ita Theophylactus apud Cornelium hic.

Ex Novo.

Herodes mittens occidit omnes pueros. Matth. 2. 16. S. Ambros. l. 2. in Luc. infantes

jubet occidi Herodes. Cui alij, nisi Deo, debebatur hæc victima? Ut natus infans se Deum manifestet, ubi primum ingreditur Mundum, statim innocentes ei litantur: nihil enim tam gratum Deo offerri potest, ut innocentia. Sylveira hic. q. 6.

Advocans Iesus parvulum &c. Matth. 18. 2. Complectitur parvulum brachij Christus, & blanditur: quoniam ipse parvulus datus est nobis. Sim. Cas. l. 9. c. 42.

Cum imposuisset eis manus. Matth. 19. 15. Manus Christi erant vivificæ, & salvificæ. Unde non est dubium, hos parvulos à Christo benedictos evasisse in viros sapientes, & sanctos; qui deinde Ecclesias erexerunt, & fidem Christi propagarunt. Cornelius hic.

Discipuli autem increpabant eos &c. Matth. 19. 13. Juxta Euthymium, Theophylactum, Discipuli indignum putabant, quod Divinus Magister cum pueris ageret; qui cum Senioribus populi, & Scribis, continuo tractabat. Sylveira addit. hic.

Et cum imposuisset eis manus. ib. Antiquissima fuit Hebraeorum consuetudo, ut testatur S. Remigius; & colligitur ex Gen. 48. 14. benedictionem dare impositis manibus; quam consuetudinem etiam Christus retinuit. Luc. 4. 40. Marci 16. 18. & hic. Id. ib. Author Imp. op. hom. 32. Discipuli pueros vtabant ad Christum accedere; ad quorum similitudinem ipsi fuerant invitati. Putabant enim honorem se facere Christo, damnum facientes gloriae ejus. apud Cornelium ib.

Nolite eos prohibere ad me venire. Matth. 19. 14. Nemo ergo, quantumcunque sublimis, aut sapiens, pusillos contemnat, & tangere dedignetur; cum videat Christum, Dominum universorum, & sapientia fontem, parvulos tam dignanter, & dulciter, recepisse, tetigisse, ac benedixisse. Dion. Carthus. hic.

Et complexans eos. Marci 10. 16. In quo patet, quantum Salvator dilexit humanam naturam, dum modo innocentiam adornetur. Id. hic.

§. II.

Parvuli amantur ab hominibus.

Extermini Ioseph, & Rachel, adoraverunt. Gen. 33. 7. Securus pergat Jacob comite filiolò: ad ejus conspectum iras ponet Esau, & arma; fratrem amanter excipiet. Alvarez hic Illustr. 14.

Diligebat Ioseph super omnes filios suos. Gen. 37. 3.

Etiam in Sanctis sunt plerumque quaedam amoris teneritudines ad minores, & innocentiores; etiam ad delicatius eos secundum corpus fovendos. S. Thom. Aqu. in Gen. 37.

Miscel.